circũflua. Tũ Miſi & Traces: Veꝝ Miſi: vt ꝓhibet Anthoni-
us:magis q̃ Traces ad Boreã vertunt̃. q quidẽ Traces late ꝑ
ampliſſimã regionẽ diffuſi:ꝑtim ad latus ꝓpõtidis maris co-
lunt:partim ad Helleſpontũ coniecti: ꝑtim etiã ad Aegiũ te-
nent:vbi circa excelſa melfluæ pallenæ Aſterius lapis gigni
tur:haud diſſimilis flagranti ſtellæ:aut exurẽti flãmæ. Ferũt
tñ (inquit Solinus) Tracibus Barbaris ineſſe cõtemptũ vitæ:
& ex quadã naturalis ſapientiæ diſciplina: Concordant oẽs
ad interitũ voluntariũ:dum nõnulli eorum putant abeuntiũ
aĩas reuerti:alij non extingui beatos magis fieri. Apud pluri
mos luctuoſa ſũt puerpia:deniq; recentẽ natũ parẽs fletu ex
cipit:& leta ſunt funera adeo:vt defunctos gaudio ꝓſequãt̃.

Melãch-leni
Hippo-mologi
Neuri
Hippo-podes
Geloni
Agathirſi & eoꝝ mores
Geloni crudeles
Boriſte-fluuius piſcoſus
Cyaneæ ſymple-gades ſa xa ſco-puloſa dicunt̃
Cartila-gines piſces
Neuri crude-liſſimi.
Aldeſtꝰ
Adamã-tem parit
electrũ
Gete
Valach
Noritij dicũt̃ iã Styrij

vxoꝝ numero ſe viri iactãt: & honoris loco ducũt multiplex
cõiugiũ: quæ fœminæ tenaces ſunt pudicitiæ defũctorum in-
ſiliunt rogos: & quod maxime inſigne ducũt caſtitatis: præ-
cipites in flammas eunt. Nupturæ nõ parentũ arbitratu trãſ
iunt ad maritos: ſed quæ præ cæteris ſpecie valent ſubtaxari Siton
volunt: & licentia taxationis admiſſa: non moribus nubunt: Rhodo-
ſed præmijs: quas formæ præmit dedecus dotibus emunt: q- pe
bus coniungant̃. Thraciæ montes celebrati a poetis Hiſma- Hiſma-
rus. Sithon Rhodope. Virgilius. Hiſmarus aut Rhodope aut rus
extremi Garamantes. Alibi. Sithoniaſq; niues hyems ſubea- Hemus
mus aquoſæ: gelidis Hebri irrigat̃ vndis. Virgili9. Nec ſi fri Hebrus
goribus medijs: Hebrũq; bibamus. Qui cũ admiſcet̃ tumu- fluuius.
lum habet: Polydori Priami filij a Thracio rege mille telis cõ- Thracia
fixi: ob auri pondus quod ſecum tulerat. In parte tamen Mi- gelidus.
ſiæ quæ pontica eſt (Scribit Solinus & Dionyſius) appet her- Pontica
ba ex qua conficitur oleum quod vocãt medicum: hoc ad in- regio
cendiũ excitatum: ſi obruere aqua geſtias: ardet magis: nec
ſopitur q̃ pulueris iactu. Sunt & aliæ q̃plures gẽtes ſub hac
cœli parte conſtitutæ: quæ omnes inhabitant & circũhabitãt
Hiſtrum: ex quo non mediocrem nauigandi comoditatẽ au-
cupantur: quoꝝ nomina enarrare longa mora eſſet: & ſuper-
fluum. Reliquum: vt nũc de alia Europe parte dicamus: quæ
tribus extenſa marginibus: vſq; in Orientem ꝓgreditur. Eã
enim partem Hiberi tenent: ꝑtim Græci: partim Itali. Verum
vltimis Hiberiæ terminus Oceanum lambit: vbi potiſſimum
vna ex columnis cõſpicit̃ a Libe iniecta: quam infra Tarteſ- Tarteſſ9
ſus mons erigit: & cuius regio copioſa eſt ad modũ & fertilis mons
hinc Caneſi adhærentes ad Pyrenei vſq; radices mõtis. Hinc Ceneſi
vero ſequitur Italia: quam quidẽ mons elatus admodũ & ex- populi
tenſus vt ſtatera ꝑ medium ſecãs: atq; ſecans illum ab omni la
tere: circumſepiens miro quodam ornamento & inſuperabi
li ꝓpe munimine vallant: nullus vnq̃ architectus cum viderit
(ſcribit Anthonius) poterit negare: q Mineruæ extiterit opus
regiõis illius decus & monumentũ: quo quaſi corona præcin
git: Illum incolæ Apennium vocant. Italia namq; vniuerſa cõ
ſurgit a iugis alpium. Solinus: Porrecta quo in mare meridiẽ
verſus protenditur. Inde procedens paulatim ſe Apennini Apeni9

 mons

montis attollit iugo extenſa inter Thuſcum & Hadriaticum Similis querno folio ſcilicet lõgitudine amplior q̃ latitudine quæ tanta cura ab omnibus dicta: vt iam inueniri non poſſit: qđ non veterum præſumpſit diligentia: largitur. In laude excellentis terræ: materia ſuppetente dum ſcriptores præſtantiſſimi reputant locorum ſalubritatẽ: cœli temperiem: vbertatem ſoli: aprica collium: opaca næmorum. Maximos ſaltus viũ olearũq; prouentus: nobilia pecuaria. Tot amnes: lacos tantos. Inquit enim Strabo in quinto. Italiæ maior campi ps marinis aquis plena ſtagnat. Foſſiſq; & aggeribus ſicut ægyptus inferior diductis irrigat̃ riuis: ac partim exiccat̃: & ruſticorum cultu fructuoſa eſt: partim nauigationibus comoda. Vrbium vero plæreq; inſularum modo cingunt̃. Aliæ quædam ex parte aluuntur: quæ ſupra ſtagna mediterranei iacẽt: mirificam ex fluuijs nauigandi comoditatem ſurſum habent

Padus fluuius.

ex quibus in primis Padus eſt: maximus enim ſæpe numero imbribus creſcit ac niuibus. Is multas diffuſus in partes: in eruptionibus occultum efficit hoſtium: haud ingreſſu facilis. Hac vero tempeſtate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas eſt: quodãmodo alpibus finitima & propinqua Verona: eſt ampliſſima Et hæc ciuitas Catulli patria. Ouidius. Mãtua Virgilio gaudet: Verona Catullo His inferiores Brixia: Ac Mantua excellẽtiſſimi ac diuini illius Maronis alumna. Multæ Italiam incolunt gentes: ac multi populi: quorum nomina haud facile poſſent explicari a nobis. Verum primi ſunt Tyrrheni: ex ea maxime ipſius parte quæ intra Boreã & Zephyrum eſt ſita. Eos Romani Ethruſcos appellant atq; Truſcos Græci vero (auctore Strabone) hoc eos compellant nomine. A Tyrrheno Athis filio: qui ex Lidia Colonos hanc in regionem dimiſit. Tuſci campos vſq; ad amnem Tybrim poſſidẽt quos ad ſolis ortus maxime fluuius alluit: donec pelagus intret. Parte autem altera Tyrrheno ac Sardonico mari ſunt cõfines. Tyrrhenis gentes quædam Pelaſge iunguntur: quas quæ ex Cyllene in Italiam traijcientes: cum ipſis Tyrrhenis illic ferũt conſediſſe. Ait enim Heſiodus (ſcribit Strabo) hãc gentẽ ex Archadia originem duxiſſe: & diuino Helicõe gñatos extitiſſe: quem olim Pelaſgus procreat: Rerum quoq; ſcri

Verona

Brixia

Mantua

Tyrrhenia

Etruria.

Tuſcia

Cyllenc mons

ptores Atticarum de Pelaſgis tradidere. Athenis fuiſſe pelaſ
gos; qui cum inſtar auium quo ſors vocaret huc atq; illuc er-
rabundi comearent pro Pelaſgis Pelargi; id eſt Ciconiæ voca
rentur ab Athenienſibus. Proximi his ſunt Latini glorioſum Latini
hoīm genus ea (auctore Anthonio) Soliq; vbertate ac ingenio-
rū excellētia fæcundi: Huius plagæ tractus (vt inqt Strabo)
Inter Oſtię litus & Sinueſſam vrbem & Sabiniā iacet. Eſt au Oſtia
tem Oſtia vrbis romane nauale: quo Tyberis erumpit. Ex- Sinueſſa
tenditur autem in longum vſq; in Campanū agrum: & Sam-
nitum montes. Sabinia vero regionem irrigat: a propinquo Sabinia
tandem mari placidiſſimo ſinu apud Oſtiam excipitur. Stra-
bo Apenninis montibus Tyberis effluit: pluribuſq; augetur Tyberiſ
amnibus: partimq; per ipſam excurrit Ethuriam. Deinde au
tem ipſam diſterminans: primo quidem ab ea diuidit Vm-
briā. Poſtea vero Sabinos & Latinos: Rome ad littus vſq; fi-
nitimos. Fluuius is cæterorum omnium olim princeps & im-
perator: clariſſimam illam Romuleam præpotentem ſedem
interſecat. Pontificis noſtri domicilium: atq; omnium aliarū Campa-
regionum caput. Huic vero proxima eſt Campania regio læ nia
ta: atq; omnium copioſiſſima: in cuius circuitu (vt inquit Stra
bo) iacent Tumuli: mirifica fructuum vbertate conſpicui.
Hiſce locis incumbit mons Veſuuius: amœniſſimis habita- Veſuuiꝰ
tus agris excepto cacumine: Is magna ex parte planitiem ha
bet: fructum omnino nullum ferentē. Cauernoſoſq; mōſtrat
& antra: combuſtis ex petris: q̄s ignis abroſerat. Ibi cumæ (vt
inquit Solinus) ab Euboenſibus conditæ: Sibyllæ Sacellum: Sibylla
cuius librum ad Cornelium vſq; Sibyllam pontifices noſtri euboica
conſulebant. Tunc enim vna cum capitolio igni abſumptus
eſt. Nam priores duos Tarquino ſuperbo partius precium
offerente q̄ poſtulabatur: ipſa exuſſerat. Cuius ſepulchrum
in Sicilia adhuc manet. Si a Cumis (ſcribit Strabo) incipias
vſq; in Siciliam ignotus eſt tractus: & profundas quaſdam in
vnum coeuntes habet cauernas. Ad Auſtrum autem verſus
Subſyrenidos colle flumen conſpicitur. Surſentini Sylari Surſenti
quod iuxta Lucani & Breciȷ tenent: vſq; ad Leucopetram ni.
pertingentes. Inde vero ad Boream: vbi primum Zephyri
ſummitas eminet: Locri poſiti: Qui cum olim in Italiam ex

Attica conceſſiſſent. Ferunt eos loci amœnitate captos: cũ in-
digenis hominibus amicitiam & ſocietatem coniunxiſſe. Ciui-
tatēqꝫ ibi conditam ſuo nomine appellaſſe: quoꝝ adhuc extat
genus prope Alecis fluminis decurſum. Tum vero Metapō-
tini adiacēt: nec longe ab eis circa Sarum flumen Crotone flo-
rentiſſimũ conſpicit oppidum: vbi glorioſum illud Laciniæ
Iunonis templum conditũ extat: atqꝫ infœlix Sibaris deplo-
raſſe dicitur: ob iratum Iouem aduerſus illius ciues: ꝙ fuiſſet
admodum debacchati in Alphei ſacris: quoniã honores homi-
num cœleſtibus præpoſuere diis. At Samnite deinde poſiti:
int magis cōtinentē atqꝫ Marſi quibus alba finitima in excel-
ſo locata: Saxo prope fuſiuus eſt lacus: longitudine par pela-
go. His Marſis & vicinis maxime vſui fit. Memoriæ proditũ
eſt illum nonnũꝗ vſqꝫ ad montana creſcere. Interdum aũt de-
creſcere: vt merſa prius lacu loca deſiccent: & agricolationē
ruſticis exhibeant: quæ ſub terranei humoris tranſitione oc-
culta quadam ratione ſparſim efficiunt. Marſi tamen ad velo-
citatem pedum plurimum curſu præſtant. Tarentini vero ad
litus reiecti: ibi oppidum tenent Amycleoꝝ: olim interitu cō-
ditum: quibus ꝓpinqui Calabri Iapigũqꝫ gens: quæ quidem
vſqꝫ ad Hirum protendēs: quod mari adiacet: vnde Hadriati-
cum fretum iam incipit ad Aquileiam atqꝫ Tergeſtinoꝝ op-
pidum contrahi. qđ ad extremũ ipſius poſitum eſt. ſed ad Ori-
entē cum ſe inflectat: inde Liburnoꝝ primo litus lambit: Ac
deinde vniuerſam illoꝝ regionem illidit vaſtis oppreſſam te-
nebris quantacũqꝫ eſt: quæ adiacet Iſthmo: Bulimeoꝝ quoqꝫ
pfricans margines: per imenſum ſtatim diffuſum alueũ: ex-
tenditur: ac illyricos primũ irrumpit: quorũ regio (vt inquit
Strabo in ſeptimo) Aprica ſimiliter frugifera: boniſqꝫ feraciſ-
ſima fructibus: Oliuetis vinetiſqꝫ ſpecioſa: niſi ſicubi rara &
aſpera omnino rupes iacere. Super hanc ſita regio tota mon-
tana: frigida & niualis eſt: Amplius quæ in Aquilonē ſpectat
adeo: vt raro vitem ferat. In altioribus vero & amplioribus lo-
cis mōtanæ ſunt planities: quas Pannonii tenent. Illyria tamē
ad Ceraunias vſqꝫ altiſſimos montes inuertit. quibus in locis
monumenta quædam inſpiras contractas viſunt: quæ ferunt
Cadmi & Hermione vxoris eius extitiſſe: qui cũ ambo iam

Alax flumen
Metapõtũ vrbs
Sarum flumen
Crotõe oppidũ
Laciniũ ꝓmõtoriũ
Crotõe
Sybaris
ſenex ꝓ: bus
Sãnite
Marſi
Alba lõga fuſucus
Marſi
Tarentini
Amycle oppidũ
calabria
Iapigia
Apulia
Daunia
Agleia
Tergeſtinum
Liburnia

decrepiti eſſent: ac longo admodũ confecti ſenio Abiſmeno il luc cõceſſiſſent ibi in ſerpentes fuiſſe mutatos. Vbi etiam aliud conſpicit̃ mirabile: nam duæ vtrinq; confixæ ſunt columnæ: quæ quotiens aliquid eminet aduerſa vicinis hominibus: ambe ſtatim inter ſe collidunt̃: vt conflictari vident̃. Ad Auſtrũ vero verſus ſub ipſa prope Tracia. Supraq; Horiciã græciæ tellurem pars illa quã Helladem vocant: initiũ capit: aſcẽſu quidẽ difficili ac duplici pelago ꝑiculoſa Aegeo videlicet & Siculo freto: duobus præterea agitatur ventis: quorum alterum appellant Heſperium ſiue Siculum: q & Zepyrus eſt: Alterum Eurum: qui efflat ab Aegeo. Deinde ſequit̃ Pelopiſ inſula: quæ & Peloponẽſus dicitur: Cuius quidẽ forma haud longe diſtat a Platani folio: Nam lata eſt ab initio: & in acutũ protenditur limitem. A ſummo enim Boream verſus anguſti cuiuſdam quaſi Iſthmi videtur figuram præſeferre. Atq; cũ Hellade mutuo firmari ac coniungi veſtigio. Vallatur tamen ex omni reliqua parte maritimis fluctibus inter Peloponeſſi ciuitates. Inquit Strabo in ſexto: Argos & ſparta gloria præcellent: In hanc etiam ætatem iuxta Argon ſurgit ſilua Nemea: in qua Argi ſacra celebrare conſuere: ibi quoq; quæ de Nemeo leone geſta fabulis prodita ſunt. Lucanus in decimo Si ſæuum radijs Nemæum phœbe leonem. Nũc tremens toto fluerent incendia mũdo. Lerna & Mycenei: & Argini agri lacus eſt: in quo Hidram conſtituiſſe ſcriptores tradunt. Vir. Et centum geminus Briaræus m belua Lernæ.

Horicia Hellas

Pelopo-nenſus.

Argos Spartha

Mycene Lerna

Arginorum enim vrbs magna ex parte planis in locis & aridis ſita eſt. Et ideo aiunt ibi eſſe puteorum copiam: quos Danaum aſcribebant ſolebant ſolertiæ: vti is verſus diuulgat. Argos aquis vacuum Danai ſtruxere redundans. Arginorꝫ quidem arcem Danaus inhabitaſſe dicitur: Is adeo præcedentes loci illius reges excelluiſſe fertur: vt qui antea Pelaſgi nominabant̃: impoſita ꝑ græciam lege: Danai vocitarent̃. Sane Chorinthum Peloponenſi vrbem (inquit Strabo) locupletiſſimã aũt cum Iſthmo ĩmineat Emporiũ: locus negociatoribus frequentatus: & duorũ dominus portuum exiſtat: quorꝫ alter quidem Aſiæ: alter aũt Italiæ ꝓpinquus eſt: Vtroq; ex loco faciles inuicẽ mertium cõmutationes facientes. Ibi mons eſt ex

Danaus

Corin-thus

*Acroco* celſus: quē Acrochorinthū nominant. Cuius quidē ꝑs in Aq
*rinthum* lonem verſa: maxime in arduū erecta ē cōſurgit Vertex autē
*mōs* Veneris ſacram habet ædiculā: Infra verticē Pyrenē fontem
*Pyrene* adeſſe contingit: haud afflūetes aquas habentem. Cæterum
*fōs* perſpicuas admodū potuiq́ ſuauiſſimas. Vulgo autem me-
morat eum ex ſubterraneis quibuſdam venulis expreſſum.
Fama eſt equum Pegaſum cum potaret: hoc in loco a bello-
*Pegaſus* ro Phonte deprehenſum fuiſſe: alatum inq̄ Caballum e Me-
*equus* duſæ ceruice: & de Gorgonis exſecto guttere proſilientem.
At Aegium eius regionis ciuitas: ſatis incolarū habet (vt me-
morat Strabo in iſto loco) Iouem a capra lactis alimenta ſu-
ſcepiſſe ſcribunt: ſicut Aratus prodit. Diuaq́ capra Ioui fama
*Olenū* eſt: hic præbuit vber. Oleniáq́ Iouis vates dixere capellam.
*vl' olenæ* Locum oſtendēs: quia proxima eſt Olenæ. Ad Zephyrū ve-
ro Triphyllidos tellus ſita: iucundiſſimis Alphæi vndis allui
tur: qui per Piſæam & Triphilæam (auctore Strabone in
octauo) labitur: & cum intercidatur fluento Meſſeni & Euro
te: ambo non ex mari aliquo videntur effluere: ſed ex imis na
*Alpheꝰ* ſci terræ ipſius viſceribus: Verum Alpheus Heliorum ter-
*fluuius* ram ſecat. Eurotas autem per Amyclæos dilabitur. At circa
inſulæ medium: inter conuallem ſub Erimanthi ſcopulo: Ar-
chades tenent: vnde & Melas amnis & Cratis & Aon fluunt:
& antiquus ille Ladon. Archadiæ montes Cyllene Mercurij
parens: Licanis & Menalus: qui totus næmoroſus eſt: In cu-
ius ſaltibus paſtores olim ſuos decantabant amores: imitātes
Pana illius montis incolā. Virgilius.

Menalus argutūq́ næmus pinoſq́ loquentes.
Semꝑ habet: ſemꝑ paſtorꝝ ille audit amores.
Panaq́ qui primus calimis non paſſus inertes.

Etiam dijs alumnis inclaruerūt: Inter quos nec Erymanthus
in obſcuro eſt flumine: quod Labon dicitur. Varro perhibet
*Fons mi* in Archadia fontem eſſe: cuius hauſtus interimat. Merula
*rabilis* cum in alijs locis fulua ſit: circa Cyllenem quod non indignū
*Albeſto* relatu eſt: candidiſſima eſt. Nec lapidem ſpreuerimus: quem
*lapis* Archadia mittit: cui Albeſto nomē eſt: Ferrei coloris: Hic ac-
*Argini* cenſus ſemel: extingui non poteſt. Proximi vero is Argini:
*lacones* & Lacones: quorum regio altera quidem ad Orientem ſpe-

ctat: Altera ad Auſtrum. Huius autem Iſthmi latera gemino
conſtat pelago collidi. Vno quidem ad occidentem verſus: al
tero ad auroram: Quod vſqꝫ ad ea loca contrahitur: quæ Sa⸗
crocinida vocant. Verum e conſpectu ipſius Iſthmi: quem Pe
loponenſum diximus: ad eam partem verſus: quæ ad Orien
tem ſpectat poſita eſt. Attica regio clariſſimorum hominum Attica
& excellentiſſimorum ingeniorum parens & nutrix: quam regio
diuinus ille Iliſus amnis perlabitur. Vnde dicunt olim Bore⸗
am ſuam Orithigiam rapuiſſe: vbi Boetes ſiti & Locri. Bo⸗ Boetia
etia (vt inquit Solinus) Thebis eminet: quas condidit Am⸗
phion: non ꝙ Lira ſaxa duxerit. Neqꝫ enim par eſt id ad ge⸗
ſtum fieri: ſed ꝙ affatus ſuauitate homines: rupium incolas
& incultis moribus rudes ad obſequij ciuilis pepulit diſcipli⸗
nam. Apud Thebas Helicon lucus eſt: Cytheron ſaltus am⸗ Helicon
nis: Hiſmenus fontes: Arethuſa: Edipedia: Dirce: Aganippe lucus
Hyppocrene: quos Cadmus litterarum primus repertor: dū Cadmꝰ
rimatur quænam adijſſet loca: quoniam equeſtri (exploratio lrāꝝ re⸗
ne deprehendiſſet) incenſa eſt licentia poetarum: vt pariter pertor
vtrumqꝫ vulgarent: ſcilicet ꝙ eorū alter alitis equi vnguicula
ſollicitatus foret: Alter potatus facundia animas irrigaret: &
ꝙ aperta foret alitis equi vngula: & ꝙ potui ſuſpitionem face
rent litterarum. Virgilius

Nam neqꝫ Parnaſſi vobis iuga: nam neqꝫ pindi:
Vlla moram fecere: neqꝫ Aoniæ Aganippe.

Et ouidius in quinto faſtoꝝ.

Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes.
Grata Meduſæi ſigni tenetis equi

Ea tamen quæ a Strabone in nono deſcribuntur: digna ſcitu
ſunt. Muſarum præcipue alumnis. Hic Cephiſus e Libea vr⸗ Cephiſꝰ
be Phocenſi ortum accipit: vt ab Homero dictum eſt. Quiqꝫ
Libeam habent Cephiſi in fontibus almi. Helicon Phocidi
eſt affinis ex Aquilonis partibus: nō procul a Parnaſſo diſtās Parnaſ⸗
Cui Aemulus eſt & altitudine & circuitu. Vterqꝫ enim niui⸗ ſus
bus pulſatur: & rupes amborum ſaxea eſt. Hoc autem in loco Fōs ca⸗
eſt conſecrata muſis ædes: fonſqꝫ Caballinus: de quo Perſius ballinus
Nec fonte labra plui caballio. Et Libetridū ſpelūca nynphaꝝ
Virgi. i ſeptia ægloga. Nynphæ nr̄ amor Libetrides aut mihi

carnem: quale meo Codro cõcedite. Cuius fontis gelidos la-
tices priſti fates guſtaſſe perhibentur: illiuſq; fæcundo rore ir
rigui: facultatem ad carminũ ſumpſere ſtructuram: Nec arbi-
tretur quiſpiam ineruditus hoc fabuloſum figmentũ in irrito
dumtaxat ac vano ſitum: aut nihil veritatis contineri. Vatem
nãq; cœleſti repletum numine: ab omni tumultuariæ rei ſtre
pitu eſſe ſemotum: oportet ne ingruente tumulto in profundo
eius turbetur ſenſu: quo ſine: nulli mortalium conceſſum eſt
verſus condere: Quamobrem græci vates verſum condituri
aprica montium: opacum ſiluarum frigus & placidum fon-
tium & riuulorum murmur ex lapillorum & aquarum colli-
ſione gemitum petebant: quæ omnia vitales ſpiritus ab igna-
uo torpore ſubleuare: ingenij vires & ꝓuocare: & augere in
promptu eſt. Inde ſubtiliſſime inuentum in iſtorum montiũ
ſpecubus: ſiluarum latebris: & in fontium aquis diuũ aliqd'
reſidere numen: Quod a poetis iure inuocandum venit: vni-
Parnaſ- uerſus præterea Parnaſus (inquit Strabo in nono) cõſecratus
ſus exiſtit: & antra & alia loca honore & ſanctitate digna conti-
Coryci- nens: E quibus celeberrimũ & formoſiſſimũ extat Corycium
des Nynpharũ antrum. Eodem quo & Cilicium nomine appel-
Coriciũ latũ. Is mons gemmino colle in aſtra tollit'. Ouidius. Mons
Ciliciũ ibi verticibus petit arduus aſtra duobus. Nomĩe Parnaſſus:
Cyrrhe- quorũ alterũ Cyrrheũ compellatũ Appollini: alterũ Nyſeum
um baccho patri dicatũ eſt. Lucanus. Accipiam Cyrrhea: ve-
Nyſeũ lim ſecreta monentem. Sollicitare deum: Bacchũq; auertere
Phocis Nyſa. In Phocide item duæ præclariſſimæ ciuitates eminent.
Delphi Delphi & Elathea: Delphi qdẽ propter templũ Appollinis:
Elathea Phytij & Oracliũ vetuſtate inſignæ. Auſtrale latus Parnaſſi
Delphi occupat locus ſane petroſus: Vnde Delphicus a vati
bus perhibetur. In eius cacumine templũ ſurgit: & oppidum
in circuitu: ſtadia ſedecim complectens: hoc tempore circa ip
Caſtaliꝰ ſum affines Caſtalij fontis ſua locarũt domicilia. Huius fõtis
fons aquæ muſarũ ſunt ſedes. Ouidius. Vilia miret': Vulgus mi-
hi flauus Appollo. Pocula caſtalia plena miniſtret aqua. Au-
ctores memorant diuinum ipſum domiciliũ Appollinis pro-
fundum: & curuam eſſe ſpeluncam: non admodũ lato ore pa-
tentem. Vnde aura quidem referri ſacro efflante numine. Ex-

celſum autem hoſtio imminere Tripodem. Quæ cum Pythia
vates aſcenderit: hauſto diuinationis ſpiritu dei reſpōſa refer
re: & carmine & oratione ſoluta. Oraculū hac tempeſtate ne-
glectui datˀ: ſuperioribus annis excellentiſſimo in honore ha
bitum: Documento ſunt theſauri: quos populi potēteſq; prin
cipes ibidem conſtruxerūt: ad quas conſecratas obtulere pe-
cunias: nec minus artificum præſtantiſſimorū opera. Tū ve- Aemōia
ro Theſſalia (vt ſcribit Solinus) multa oppida & flumina: in- Theſſa-
ter quæ Penæus q̄ præter Oſſan Olympūq; decurrit næmoro lia
ſis in cōuallibus. Theſſaliæ ſunt Pharſalici campi: in q̄bus ci- Penæus
uilium inſonuerunt procellæ. Ibi Olympus excellenti vertice Oſſa
tantus extollitˀ: vt tegmen eius cœlum accolæ vocent. In cuiuſ Olym-
cacumine eſt ara Ioui dicata: cuius altaribus ſi qua de extis in- pus
feruntur: non difflantur ventoſis ſpiritibus: nec pluuijs dilu- Oæta
untur. Sed voluēte altero anno cuiuſmodi relicta fuerint eiuſ Pyerius
modi reperiuntur: & omnibus tempeſtatibus: & corruptela
aurarū vindicatur. Litteræ in Cynere ſcriptæ vſq; ad alteram
cærimoniam anni permanētˀ. Theſſaliæ adiacet Macedonia
tellus (vt inquit Solinus) Quæ olim Pyerium ſolū: vel Ema-
thium nūc vniformi vocabulo Macedonia eſt: Inter ipſam & Macedo
Traciam Strimon amnis facit terminū: qui ex Hemi iugis ir- nia
rigat. Admonet Phlegia: vbi anteq̄ opidum fieret rumor eſt: Strymō
militiam mundi dimicatam cum gigantibus: dum Iouem ab Phlegya
æthereo axe congeſtis montibus fugare conabantˀ. Illic ſi qn̄
(vt accidit) niuibus torrentes aut pluuialibus excitatur vndis
Et aucta aquarꝫ pondera ruptis obicibus: valētius in campos
ruūnt apertos. Eluuione oſſa etiam nūc feruntˀ detegi: quæ ad
inſtar corporis ſūt humani. Sed nō grandiora. Quæ ob enor
mem magnitudinē monſtroſi exercitus iactitāt extitiſſe: idq;
adiuuatur argumento ſaxorum immaniū: quibus oppugna-
re cœlum moliebantˀ. In Theſſalia enim & Hæmonia ſunt ere Hæmo-
ctiora iuga: quam vſq; proceritas Mōtana attolli valet. Nec nia
eſt in terris omnibus qđ merito ad iſtas eminētias comparetˀ:
Quippe quas ſolas diluuialis irruptio cū vniuerſa obduce-
ret: humido inacceſſas reliquit. Durant veſtigia nō languidæ
fidei: quibus apparet hos locos ſupſtites fuiſſe: vndoſe tempe
ſtatis: Nā in latebroſis rupiū cauaminibus conchiliorꝫ tecta

**Alexander magnus** reperiuntur. Hic Philippus magnum procreat Alexādrum:
Cuius mater ſe coitu draconis grauidam affirmarat. Ita tan-
tum ipſe egit: vt deo genitus crederetur: Paragrauit orbem re
ctoribus Areſtotile & Caliſtene Subegit. Aſiam: Armeniam
Hiberiam: Albaniam: Cappadociam: Syriam: Aegyptum:
Thaurū: Caucaſumq; tranſgreſſus eſt: Bactros domuit: Mæ-
dis & Perſis imperauit. Cœpit Indiam: emenſus omnia quæ
Liber & Hercules acceſſerant. Eum fuiſſe hominē aiūt ceruī-
ce celſa: Lætis oculis & illuſtribus: reliquis corporis mēbris
nō ſine maieſtate quadā decorū. Victor enī: vino et ira victus
ſic: vt morbo violentiæ apud Bahylonē humiliore q̄ vixerat
fortuna exemptus eſt. Macedonia inſuper lapidem gignit:
**Pean lapis** quē Peantem vocant. Hūc eundem concipientibus & pariē-
tibus: opitulari fama prodiga eſt. Hinc cernit Hemus ſex mi-
**Hemus mōs** libus paſſuū arduus: niuoſum & obdura concretū glatie. Tol
lens cacumē: ſub cuius rupibus Orphæum tam concīne auras
demulſiſſe fama eſt: vt eius carmīe nedū mortaliū: verū fera-
rum & humi creſcentium oblectabat ſenſus. Verum e regiōe
Macedoniæ ad Zephyrum. Epirus Dodonia ab vrbe Epiro-
tica Dodona: in ollarū ſtructura doctiſſima. Virgilius. Ingēs
argentum Dodoneoſq; lebetes. Late admodū longeq; diſten
ditur. Hæc regio priſca tempeſtate vrbibus populiſq; erat fre
quētiſſima. Sed deinde ſub romano impio ꝑpter crebras de-
**Epirus** fectiones ad ſolitudinem redacta eſt. Paulus nāq; emilius ſub
**Dodōia** acta Macedonia ſuperato Perſe: ſeptuaginta Epirotarum vr-
**Epidaurus** bes euertit: & centum & quinquaginta hominū milia in ſer-
uitutem redegit. Hæc olim Moloſſa dicta a Moloſſo filio Pyr
**Moloſſa** rhi: & Hermiones filiæ Manelai: & Helenæ. Chaonia vero a
**Caonia** Chaone Heleni fratre. Virgilius. Pars Heleno qui Chaonias
cognomine campos. Chaoniāq; omnem Troiano a Chaone
dixit. In Epiro circa promōtorium Leucaten: quod et Actiū
ferunt Auguſtus nauali bello Anthoniū et Cleopatrā ægy-
ptiam: quam ſpreta Auguſti ſorore ſibi iunxerat ſeparauit.
Virgilius in octauo. Feruere Leucaten: auroq; effulgere flu
**Etholia** ctus. Ad auſtrum eius Etholia: cuius per medium Achelous
amnis: vbi Bacchus vitē inſeruit: fluens in Trinacriæ vſq; flu
ctum: argēteis harenis dilabit: inſulas illas ſecans: quas Echi

nadas vocant: quibus ꝓxima ſunt Cephalenorū oppida: ſfe⸗ Echinai
runtq; in eas fuiſſe mutatas Nynphas ab Acheloi nomine: dū dæ iſulæ
eius ſacrificium negligerent. Ouidius in octauo metha.

Cūq; loco nynphas memores tū deniq; noſtri
In freta ꝓuolui fluctus noſterq; mariſq;.
Continuam deduxit humū: pariterq; reſellit.
In totidem medijs: quas cernis Echinadas vndis.

Sed ad Orientem verſus Phocis eſt ſita: atq; in Boream verſa: Phocis
vſq; ad Termophilarum hoſtia ſub niuoſo potiſſimū Parnaſ⸗
ſi vertice protenditur: Cuius ꝑ medium Cephiſus de quo ſu⸗
pra e rupe defluens: propinqua arua perpetuis irrigat fonti⸗
bus. Tū Phitonis ſeqt̄ tellus: miris qbuſdā & incōſuetis odo
ribus flagrans: Vbi Draco ille deplphicus ad Tripodes intra Draco
pietes templi ꝓſtratus iacet: adhuc multis horrēdus ſquamis: delphic9
vbi aiūt Apollinē quotiēs ex Mileto aut Claro inſulis ꝓficiſce
bat: plærūq; inſidere cōſueuiſſe: atq; eius illic deauratæ pha⸗
retræ vincula diſſoluiſſe. Tm̄ de Europæ regionib9 dictū iri
ducimus.

## DE INSVLIS

n

Vnc ad inſulas ſtilus vertēdus eſt: priuſq̄ de alia tellu⸗
ris ꝑte qppiā deſcribamus: quæ et magnitudīe et opū
vbertate cæteris anteit. Vt itaq; inde incipiā vñ etiā
Europa primū extulit caput: et colūnæ illæ Herculeæ infixæ
eā a Libya reliq̄q; iniecta Oceano ſeiūgit. Gedira pria nobis Gedira
occurrit. Ea enī cū a Phœnicibus olim extitiſſet: q̄bus Hercu
lem colebāt: ab eis etiā Gadira eſt appellcta. Antea vero non
Gadira: ſed Contimiſſa ab Hiberis dicebat̄. Deinde Gymne Gymne
ſiæ inſulæ ſequūt̄: ex q̄bus quæ ꝓpinqor eſt Bauſus appellat̄ ſiæ inſu
Reliquæ vero gēminæ ſūt a græcis Baleares appellatæ a fun⸗ læ
dar; iactu: qbus hoīes ibi maxīe vtebāt. Bali enī græce emit⸗
tere dicit̄: Inde baliſta: quaſi emiſſa. Ouidius in q̄rto. Tm̄ ab⸗
erat ſcopulis: quantū Balearica torto. Funda poteſt plūbo me
dij tranſmittere cœli. Tū vero ſequit̄ Sardinia quæ (auctore ſardinia
Solino) abſq; ſerpentibus eſt: Vbi ſolifuga in Sardois agris
alias per exiguum ſolifuga: eo q̄ ſolem fugiat dictum: In me
tallis argentarijs plurima eſt. Nam ſolum illud diues argen⸗
to eſt. Hic herba de fluuijs fontaneis ꝓuenit: quæ veſcētibus Herba
neruos cōtrahit rictu: ora deducit: vt veluti ridētes moriant̄. mirabil̄

Mirabi- Virgilius Imo. Ego Sardonijs videor tibi amarior herbis. Ibi
les fōtes fontes ſane calidi & ſalubres. et aliquot locis efferueſcunt: q
medelas afferūt: aut ſolidant oſſa fracta: aut molliūt. Aut etiā
oculareas diſſipant ægritudines: & coarguendis valent furi-
bus: Nam quiſquis ſacramento raptum negat: lumina aquis
obtrectat: vbi periurium non eſt: cernitur: & captis oculis ad
miſſum tenebris aliquis fatetur. Sardiniæ vicina Cyrnus am
Cyrnus bæ prope e regione ad Oſtiā ſitæ: Ex quibus altera quæ Cor-
Corſica ſica eſt: quā reliqua aditu ſuperior: cum præruptis admodū
collibus: & denſiſſima valat̃ ſilua. Sed ambæ ſoli vbertate &
Citen naſcentium copia ſpectatiſſimæ. Ager tamen Corſicanus ſo
lus edit vnicum. quem Cato Citen lapidem dicūt: fatu digniſ
ſimum. Maior enim cæteris eſt: qui ad ornatum deſtinant̃. Im
poſitas manus detinet ita ſeiunctis corporibus annectens: vt
cū illis hæreat: a quibus tangitur. Sed ei ineſt vellus velut glu
tino lentiore: Accepimus Democritum oſtentatione ſcrupuli
huius frequenter vſum ad probandam occultam naturæ po-
tentiam. Deinde apparent inſulæ aliæ in Gyrum poſitæ: quæ
cū olim ab accola Hippota Aeoli patre benigniſſimo rege in-
habitatæ extitiſſent: ab eo Aeolides etiam ſunt vocatæ. Oui
Hyppo- dius. Clauſerat Hippotates æterno carcere ventos.
tates Ferunt eundem regem ob ipſius animi virtutem quā conſtat
æolides pinm & clæmentem fuiſſe: id a dijs ipſis cōſecutum: vt nō ſo-
lum illarum inſularū rex fuiſſe traditur: verumetiam ventoꝝ
principatū & imperiū accepiſſe. Hæ inſulæ in freto Siculo vi
gintiquinqꝫ milia paſſuū ab Italia abſunt. Vulcaniæ ab Italis
Vulcāie vocatæ Numero ſeptē ſunt. Lypare nomē dedit Lyparis: qui
Lypare ante Aeolum eam regebat. Alteram Hieram vocant: ea præci
Hiera pue Vulcano ſacra: plurimū colle eminentiſſimo nocte ardet.
Strabo in ſexto. Inſula Vulcano ſacra ſaxoſa tota: & deſerta:
ignita. Trifariāqꝫ quaſi ternis ex crateribus efflat: E quorū ſa
ne maximo laminas flammine eructuat. E longa vero credi-
tum eſt obſeruatione: flammas ipſas flatibus cōcitari. Nunc
hic: nunc in Aethna: quibus ceſſantibus: ceſſant & flammæ.
Nec id ratione caret. Venti enim e marinis exhalationibus
captantes originem & generantur: & nutriuntur adeo: vt de
cognata materia accidentiqꝫ ignis incenſus ſpectatores ipſos

mirari non ſinit. Inde militaliter effictũ eſt Vulcanũ ob diffor mitatem in hunc ſpecum ab ethereo axe dilapſum: fulmina Io ui fabricare. Virgilius.

Inſula Sicaniũ iuxta latus æoliũq;.
Erigit Liparē: fumantibus ardua ſaxis.
Quam ſubter ſpecus ciclopũ exeſa caminis.
Antra ætnea tonant: validiq; incudibus ictus.
Auditi referunt gemitũ: ſtriduntq; cauernis.

Structura Calybum & fornacibus ignis anhelat Vulcani do mus & Vulcania nomine tellus. Hoc tũc ignipotēs cœlo deſcē dit: ab alto. Ferrum exercebant vaſto ciclopes in antro. Bron teſq; & Steropes: & nudus membra Piragmon. Strongyle ter tia æoli domus. Hæc efficit qđ ex eius fumo potiſſimũ incolæ præſentiſcunt: qui nam flatus in triduo ſunt futuri. Si enī ſpi raturus eſt auſter: nebuloſam circum inſulam effundit caligi nem (inqt Strabo) allegans Empedoclē: vt longe Sicilia cerni neqat. Flante vero Borea puras flāmas emitti & altius extolli ac maiores emitti ſtrepitus. Zephyrum autem medium quen dam ordinem tenere. Hic vates æoli domicilium fore perhi bent. Rex Aeolus antro luctantes ventos tempeſtateſq; ſono ras: Imperio premit. Quarta eſt quam a forma quoq; dydimā Id eſt gemellam vocarunt. E cæteris Eraculſam & Phenicuſ ſam ab arbuſtis vocauere. Ad paſcua enim prorſus ommiſſæ fuere: Septima in mare magis expoſita eſt. Enonima: id eſt ſi niſtra vocata: quoniā Elypara in Siciliam nauigantibus ſini ſtra maxime offert: His inſulis nulla vicinior q̄ Sicilia e con ſpectu Italiæ poſita a diffuſis tribus famatiſſimis promonto rijs: quibus munita eſt Trinacria appellata. quorũ vnum Pa chinum dicit: qui mons ad Orientem ſolem in Polopenenſiũ plagā ſpectat. Et glorioſam illā Syracuſanoꝝ ciuitatē ſub pe dibus tenet. Maximũ olim tyrannorũ domiciliũ: in qua (vt in quit Solinus) cũ hiberna vertilant ſerena: nullo non die ſol eſt Et Arethuſa fons in hac vrbe eſt cuius Nymphā inuocat Ma ro. Theocritũ Syracuſanũ in buccolico imitatus carmine. Ex tremũ hunc Arethuſa mihi cōcede laborem. Alterum montē Pelorum vocant: qui ad Boream verſus Italiam reſpiciens: ſo li præſtat temperie; quod neq; humido in lutum diluit: neq;

Strongyle
Dydīæ
Ereculſa vel Erepuſa
Phenicuſſa al. phenic9
Enonia.
Sicilia
Trinacria
Pachinũ
Syracuſe
Aretuſa
Pelorũ mons

fatiſcat ſiccitate in pulucrem: vi introrſum recedit: & in latitu dinem panditur: Tres lacus obtinet: quorum vnus piſciū co- pioſus eſt: quem admirandum dixerim: ꝙ proximas cum den ſis arbuſtis inter virgultorū opaca feras nutriat. Præbet itaq; piſcandi venandiq; facultatem. Tertium ara ſacrum appro- bat: quæ in medio ſita: peruia diuidit a profūdis. Qua ad eam pergitur: crurotenus peruenitur: a qua (quod vltra eſt) nec explorari licet: nec attingi. Et ſi ſit qui id auſus eſt: malo ple- ctitur: quantāq; ſui partem ingurgitauerit: tantum it perditū Verum ex Peloro quod ad Italiam conſpicit: nauigando illic nimium pernicioſiſſima efficitur: cum anguſtus ſit ad modū limes & ſinuoſus: nec ſine vehemēti impetu intercludit mare Ibi enī vaſtis abſorptum ſpelūcis: quas ab Ionio Neptunoq; inciſas ferunt: horrendis plærūq; mugitibus fremit: ob aſpe- ras vndiq; cautes: quas hinc atq; hinc marini fatigant fluctus

Scylla

Seneca. Scylla pulſatis reſonat cauernis. Nam credit antiqui- tas Siciliā iunctam fuiſſe Italiæ. Et pelorū Siciliæ partem eſſe Apennini: ſed cū ea parte vehementer depreſſa eſſet Italia: ter ræ motu vel mole vndarū cū locus ſcinderetur: mare irrupiſ- ſe: & Siciliā a continenti diuiſiſſe. Virgilius. Diſſiluiſſe ferūt cum protinus vtraq; tellus. Vna foret medio vi pontus & vndis. Heſperiū ſiculo latus abſcidit aruaq; & vrbes. Litore diductas anguſto interluit æſtu. In quod mare Scylla Phorci filia præcipitata eſt: dum inguina ſua latrantibus catulis de- formia conſpexerat: In vndis per herbipotentē Cyrcen vene- no turbatis: ob Glaucū quē vtraq; non ſine magno alterius li uore adamabat: Eius latratū horrēdū: nauitæ circa Pelorū ſo lituri adhuc perſentiſcunt: nec ſine tremore pectoris prætere unt. Leuum Pelori latus carybdis occupat periculum: vaſta voragine vniuerſa abſorbens. Seneca. At mare totū timuere nautæ. Quod rapas hauſit: reuomit charybdis. Priſtæ illius naturæ ac rapinæ non immemor: dum bouis Herculi ſubla- tos non indigua mercede Iouis ira tenebat: Qui poſtq̄ in il- lam fulmen eiaculatus erat: in hūc cæcum gurgitem præcipi

Sepul- crū Si- byllæ

tem dedit. Tertium Siciliæ promōtorium Lilybæum aduer ſus Zephyri erumpentis impetum videtur prorſus inſurge- re: cui ciuitas adhæret eiuſdem nominis Sibyllæ ſepulchro:

clariſſima intra inſulã eſt Aethna: in qua ſacra Cereris ædes Aethna
eſt: Ea montanas amplectit̃: planities totas arabiles loca eius
ſuperiora: tũ nuda: tum cineroſa ſunt: & per hyemẽ niuibus
referta. Cæterum inferiora ſiluis & varijs arborum conditio
nibus ꝑtita: adeo: vt campus ille Aethneuſis ĩ floribus ſemꝑ
& omni vernãs die. Ouidius. Silua coronat aquis cingens la
tus omne ſuis. Frondibus: vt velo phœbeos ſũmouet ignes.
Perpetuũ ver eſt: Quẽ prope comptũ eſt demerſum foramen
quo Ditem patrem ad raptus Proſerpinæ Cereris filiæ Libe:
ræ greſſum extuliſſe ferunt. Ipſa vero montis cacumina mul=
tas ſuſcipiunt mutationes veſcentibus incendijs: nunc igniti
emittunt̃ riui: nunc flãmæ fumoſæue caligines: adeo ꝙ mira=
bile dictu eſt: nec calor frigore mitigat̃: nec frigus calore diſ=
ſoluit̃. Seneca tragicus. Nec ſupfuſis violet̃ vndis. Aeternis
ignis reſonãs caminis: nũc ardentes exhalat lapides. Virgi.
Ipſe ſed horrificis iuxta ſonat Aethna ruinis.
Interdũqꝫ atram ꝓrumpit ad æthera nubẽ.
Turbine fumantẽ piceo: & candente fauilla.
Interdũ ſcopulos: auulſaqꝫ viſcera montis.
Erigit eructans liquefactaqꝫ ſaxa ſub auras.
Tum gemitu glomerat: fundoqꝫ exæſtuat imo.
Cauſa ẽ: Quoniã inſula tota cauernoſa eſt: ſub terra fluuijs et
igne bleniſſima. Calidarũ aquarum ſcaturigines multis in lo
cis habet. Sub hoc monte ſepultus eſt immanis ille gigas En= Encela=
celadus: in quem eiaculatus erat fulmina Iupiter: dum ip= des gi=
ſum ab ſua ſede pellere conaretur: alijs adiutus fratribus. Se= gas
neca. Et ferus ciclopes metuit parentem. Rupe feruentis re=
ſidſẽ in Aethne. Hæc inſula Achatem (ſcribit Solinus) lapidẽ Achates
primum edidit in fluminis ripis repertum: non vilem cum ibi lapis
tantum inueniretur. Quippe inter ſcribentes eum pene natu
ralibus ſic notant formis: vt cum optimus eſt: varias præſefe=
rat rerum imagines. Deinde annulus Pyrrhi regis qui aduer
ſus Romanos bella geſtit: non ignobilis famæ fuit: eius gem
ma Achates erat: in quo nouẽ muſæ cũ inſignibus ſuis ſingu
læ: & Apollo tenens cytharã videbãt̃: Nõ impſſis figuris: ſed
ingenitis Nũc diuerſis locis appet ĩ Creta: quẽ populi coralli
Achatem vocant Corallio ſimilem: ſed illitum guttis auro mi

cantibus: & ſcorpionū ictibus reſiſtentē. Dat India reddentē nūc nemorꝝ nūc aīaliū facies. Nec tamen Coralli non ſimus

De Corallio

īmemores: Refer Solinus Liguſticū mare frutices ꝓcreat: qui quantiſꝑ fuerint in aquarꝝ ꝓfundis fluxi ſunt tactu. Deinde vbi in ſupra attollūt: naturalibus ſaxis derogati lapides fiunt Nec ſolum qualitas illis: ſed color vertit: nam puniceo ꝓtinus erubeſcunt. Hæ virgæ primū indurere a capite Meduſæ: cui erant ſuppoſitæ a Perſeo: dum marinā beluā Andromedi puelle obiectā interfecerat. Ouidius in fine quarti.

Anguiferūq; caput ne durave ledat harena: Mollit humū: folijs natasq; ſub æquore virgas. Sternit: & imponit phorcymidos ora Meduſæ. Virga recens bibulaq; etiam nūc viua medulla Vim rapuit: monſtri tactuq; induruit huius. Nūc q̄q; coralijs eadē natura remanſit. Verū ex Sicilia ad auſtrū verſus tranſitus eſt in Libyā: ad alterius Syrtis initiū. Altera aūt facile conſpicit: ſi quis retorſerit ſe ad Italiæ litora. Huius vero e

Menix Gorthyna

conſpectu geminæ inſulæ viſunt: quarꝝ vna Menix dicit: altera Gorthyna: quæ portū in Libyā præſtāt. Verū ad ſiniſtrā Adriatici ſinus: atq; ad Iapagiam verſus puta Apuliā: cui ia-

Iapigia apulia

pix Dedali filius nomen dedit (auctore Virgilio in vndecīo) Victor Gargani condebat Iapigis agris. Inſula emergit: quæ

Garganus mōs apuliæ

olim a Dyomede cōdita ab eo eſt: etiam Dyomedea appellata vt refert Anthonius. Areſtoteles tamen in libro de auditu mirabiliū ait Diomedem ab Aenea occiſum: & loca in q̄bus im-

Dyomedeæ inſulæ

perauerat occupata. Interfecto illo: honores diuini ī inſula ab eo Dyomedea appellata: & templū conſtitutū eſt. Eius aūt ſocij in aues conuerſi: inſulam illā incolunt: Dyomedeæq; a lati-

Heiodius dyomedea auis

nis. A græcis Herodij vocatæ: quibus (vt ſcribit Solinus) color eſt candidus: ignei oculi: ora dentata: Congregati volitāt cū fœtificū tempus adeſt: roſtro ſtrobes excauant: Græcis il-

Abſyrtides inſulæ ab abſyrto rege: a Medea interfecto.

lic adnauigantibus læte applaudūt. Cæteros hoīes infeſtāt. Virgilius in vndecimo. Nūc etiā horribili viſu portenta ſequunt. Et ſocij amiſſi petierūt æthera pēnis. Deinde ad orientē verſus longe ille tractus inſularꝝ aperit ab Syrti: q̄ quondam homnies ex Colcho ꝓfectos irrupiſſe dicit: dum fugientem Medeā ꝓſequeret. Ac deinde Liburnides ſitæ Ad Auſtrꝝ autē verſus poſt Ceraunij montis præerupta promōtoria Epi

rī a crebro fulminū iactu ꝓpter altitudinē nominata: Virgilius Prouehimur pelago vicina teraunia iuxta. Inſulæ quædā abiiciuntur: quas Ambracias vocant. Tum etiam & Corcyra cōſpicit̄: inſula fertilis & copioſa: ac veteris illius Alcinoi clariſſima quondā & ſpectatiſſima regio. Cui maxīe adiacet Nericia Ithacæ tellus optatiſſima: & ipa olim Vlyſſis patria. Hic Dulichium Same ſiue Cephaleniæ Zacinctos neritos omnes ſub græcoꝝ ditione potentes inſulæ. Virgilius.

Iam medio apparet fluctu næmoroſa Zacinthes
Dulichiūq; Sameq; & Neritos ardua ſaxis.
Effugimus ſcopulos Ithacæ Laertia regna.
Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis.

Multæ quoq; aliæ inſulæ ſunt ad Boream: quoꝝ vna Echila et Cythera altera: & Caluaria reliqua: atq; ad aliā conuerſa ꝑtē: quæ reſpicit Occidentē carpatos: Nec lōge ab his ſita eſt Creta inſula ꝑpulchra & fæcunda frugū vbertate: & paſcuis copioſiſſima: meraciſſimoq; inundans vino. Hæc ſūmi Iouis nutrix perhibet̄. Cum enī Saturnus a Themide fatidica dea accepiſſet: ſe a filio pulſum iri regno: vorabat omnes filios ꝙ de Rhea vxore timeret. Sed nati Iouis pulchritudine delectata clam illum ſuſtulit: & nynphas in monte. Dicteo alendū tradidit: vbi ab apibus nutritus: & adhibiti ſūt Curetes & Choribantes: qui æris tinnitu ꝓhiberent audiri pueri vagitū. Virgi

Creta Iouis magni: media iacet inſula ponto.
Mons Idæus vbi & gentis cunabula nr̄æ.
Centum vrbes habitant magnas vberrima regna.

Nam in medio vbi latiſſima pandit̄ (vt ſcribit Strabo in decimo) mons Idæus ſurgit: Ibi ſilua exorit̄ referta fragratiſſimis cupreſſis. Ciuitates habet plures: quibus olim ille ſenex Minos impitabat: cum eius cōiunx (qđ fœdū relatu) illecebroſo vexata prurit̄: ſub thauri cōplexus venerat: Et Minothauꝝ enixa eſt. Virgilius.

Ah virgo demens: quæ te dementia cœpit
Pretydes implerunt falſis mugitibus agros.
Ad nō tam turpes pecudū tn̄ vlla ſecuta eſt.

Cōcubitus. Scribit Solinus ꝙ ager creticus ſilueſtriū capraꝝ copioſus eſt, Ceruo eget, Lupos; vulpes; aliaq; quadrupedū

Lyburnides
Ceraunius mōs
Ambraciæ
Corcira
Neritia
Ithaca
Dulichium
Same
Cephaleniæ
Zacītes
Neritos
Echila
Cythera
Caluaria
Carpatos
Creta
Dictæꝰ mons
Idæus mons
Cupreſſus

| | |
|---|---|
| | noxia nuſq̄ educat. ſerpēs nulla: larga vitis: mira ſolis indul- |
| | gentia. Arborarū ꝓuentus abūdantes. Nā in huius tm̄ inſule |
| Altmos | ꝑte repullulāt ceſe cupreſſi. Herba ibi eſt: quæ Altmos dicit: |
| Rhodos | ea admorſa: diurnā famē ꝓhibet. Auē noctuā Creta nō habet |
| Chelido | & ſi inuehat: morit hinc deinde. Obiecta eſt Rhodos inſula: |
| niæ | vbi raro phœbeos ignes vapor in nubē coactus fugat. Et ipſa |
| | ab ægyptijs quondā cōdita: & Iaſilioꝝ pulcherrima colonia. |
| | Veꝝ ad Orientē Chelidoniæ ſitæ ſunt tres numero: atq̄ Pa- |
| Patha- | thareidos obiectæ vertici. Tū vero præclara illa Cyprus intra |
| reidos | Pāphiliæ ſinū ſita: gratiſſima Veneris Dioneæ regio. Hic enī |
| Cyprus | Cythera ciuitas: vbi nutrita eſt. Inde Cytherea ꝓhibet. Et eſt |
| Cythera | inſula etiā vltima ex cicladib9 vel Laconiæ In neutro dūtaxat |
| | genere cū plurali inflexione dicit. Virgilius. Hūc ego ſopitū |
| | ſomno ſuꝑ alta Cythera. At ſuꝑ Idaliū ſacrata ſede recondā. |
| Amara- | Hæc inſula abūdat herba: quā Thuſci Perſā appellāt. Latini |
| cus ſam | Amaracū ſiue Sanſucū. Vulgus Maioranā. In quā puer regi- |
| ſuc9 her | us: dū caſu lapſus ferret vnguenta: maioreq̄ effuſione odo- |
| ba | rem creauit: mutatus dicit. Vir. Idaliæ lucos vbi mollis ama |
| | racus illū. Floribus & dulci aſpirās cōplectit vmbra. Nec lō |
| Diados | ge a Phenitia poſita eſt Diados: intra ipſius ampliſſimū ſpa- |
| Abātes | ciū: ac in conſpectu Suniados collis ſupra Abantes populos |
| Salamīa | Salamina conſpicit & Egina: vbi mirabilis quædā Aegei ma |
| Egina | ris apparet altitudo. Tametſi inumerabiles pene in eo inſulæ |
| | cōiectæ ſūt: quæ miro quodā inter ſe ordine ita diſponūt: vt |
| | arte potius q̄ natura ſtructæ videāt. Protēdūt enī vſq̄ ad Hel |
| | leſpontū: in q̄ quidē a leua potiſſimū: vbi Europa cōterminat: |
| Seſtos | Seſtos eſt ſita: & Abydos a dextra illi prorſus e regione poſi- |
| Abydos | ta: quaꝝ diſtantiā creberrime metitus erat Abydæus ille Le- |
| | ander: dū ꝑ Helleſponti vndas ad lunæ radios ad puellā He- |
| Macris | ro alterius ciuitatis alumnā nataret. Ouidius. Vel tua me Se- |
| inſula | ſtos: vel te mea ſumat Abydos. Tam tua terra mihi: q̄ tibi no |
| Sciathoſ | ſtra placet. Veꝝ ad Europā verſus Macris erigit: ab Abbanti |
| Pepare- | bus olim condita. Tū etiā maxime quæ ventis infringit: Sci- |
| thos | atos ac Peperatos: Nec longe ab his Lemnos: in quā Vulca- |
| Femnos | nus ob deformitatē ab ætherea ſede fracta poblitis iūctura p̄- |
| Taſos. | cipitatus fert: nec ꝓcul antiq̄ illa Taſos Cereris cultrix. Tum |
| Ymbroſ | etiā & Ymbros vnde Scatini Tracia illa & ꝓuulgata emicat: |
| Samos | |

Samos vetus olim Lirbantũ colonia. Virgilius in ſeptimo.
Threiciãq; Samũ quæ nunc Samothracia fertur. Quæ vero primam Aſiæ frontem tenent: & circũſiſtunt Delon ab ea circuitione Cyclades a græcis ſunt appellatæ: auctore Solino inquiente. Cyclades autumant dictas: quia licet ſpacijs longioribus a Delo proiectæ: in orbem tamen circa Delon ſitæ ſũt. Orbem aũt Cyclon Gray ferunt Chias Homeri tumulo cæteras antecedit. Meminiſſe tñ hoc loco par eſt poſt primũ diluuiũ Ogygij temporibus notatũ: cũ nouẽ & amplius mẽſibus diẽ cõtinua nox inumbraſſet. Delon aũt oẽs terras radijs ſolis illuminatũ: forſitanq; inde nomẽ tulit: q primũ reddita foret viſibus. Hæc ſcd'm Pliniũ clariſſima Cycladũ media: & tẽplo Apollinis: et mercatura celebrata: quæ diu fluctuata (vt pdit) ſola motũ terræ nõ ſenſit. Vir. Quã pius arcitenens oras & litora circũ Erratẽ Micõe celſa Gyroq; reuinxit. Immotãq; coli dedit: & cõtemnere vẽtos. Hæc primũ excepit Latonã cœleſti Iouis ſemine grauidã: dũ dudũ p maria & terras iniquæ Iunonis munere erraſſet. Hic enixa eſt gemellos: Phœbũ & Dianam. Latone templo (vt inqt Strabo in decimoquarto) Cynthus mons ſublimis & aſper: totiq; Apollinis vrbi incumbit. Cycladibus propinqui ſũt Ionides & Caunos. Samos quoq; gratiſſima Iunonis pelaſgidos ſedes (quoniã in ea adoleuit et Ioui nupſit) antiquiſſimũ habet templũ: & ſimulachrum habitu nubentis figuratũ: & ſacra eius anniuerſaria nuptiaꝝ ritu celebrant. Virgilius. Poſt habita coluiſſe Samo: hic illius arma. Huic (auctore Strabone in decimoquarto) adiacet Icaria a qua Icarium pelagus nominat. Ea nomẽ habet ab Icaro Dedali filio: quẽ aiũt paternæ fugæ comitẽ. Cũ ambo a Creta aufugiſſent: ex inextricabili Labyrintho in has vndas cecidiſſe: dũ ſe altius q̃ genitor ediderat: in auras ſubleuaſſet: ad ſolis radios feruefacta cære pennæ effluxerũt. Ouidius in octauo metha. Altius egit iter rapidi vicinia ſolis.
Mollit odoratas pennaꝝ vincula cæras.
Tabuerant cæræ: nudos quatit ille lacertos.
Oraq; cærulea patriũ clamantia nomẽ.
Excipiunt aquæ: quæ nomẽ traxit ab illo.
Tũ etiam Chios ſub excelſi Palmei montis radicibus poſita.

Ciclades
Chias
Ogigius
Delos
Micone
Gyaro
Cynthus
Ionides
Caunos
Icaria
Chios
Leſbos

Propon deinde Aeolidum inſularũ rupes: Leſbos ſcilicet & Tenedos
tis Arginorũ quondam doloſa ſtatio: e medijs erigunt̃ fluctibus.
Ex quibus Melas & Colphis amnes in Helleſpontũ dilabũt̃.
Inde vero Boreã verſus Propõtidis maris fluctus vndiq; ape
riunt̃: & dilatant̃ vſq; ad aditũ Euxini maris. Ad ſiniſtrã ver-
ſus alia quædã cõſpicit̃ inſula: famatiſſima qdẽ olim ſedẽ ma
ximorꝝ herorꝝ. Nã ferũt ibi Achillis aĩam ac cæterorꝝ fortiſſi-
Leuca morꝝ hoĩm inter mõtiũ illius prærupta verſari. Huiuſmodiq;
grãm tales viros a dijs dono ob eorum virtutẽ conſecutos: vt
ĩmortales efficerent̃. Cũ ipſa virtus ĩmortalis ſit: & ĩmortalẽ
Cimeri⁹ gloriã cõſequi neceſſe eſt. Eam enĩ ob id ꝙ pecora omnia can
Meotis dido vellere pariat: græci Leucam appellauerunt. Nec multo
Phena- ab ea longe alia quædã erigit̃: ampla quidẽ & magno quodã
gora dimenſa tractu: quæ in Cymerium Bophorꝝ recta nauiganti
Hermo bus via præ cæteris occurrit. E regione Meotidis paludis ad
noſſa dextram ſita. Ea enĩ eſt in qua conditæ ſũt Phenagora & Mo-
noſſa ciuitates: quas & qui cõdiderunt: Ionij colunt. Hæ ſunt
omnes inſulæ: quæ intra hæc mediterranea maria fama & ce-
lebritate aliqua potuerũt ad cognitionẽ nr̃am peruenire. Ve-
rũtamẽ quæ in ampliſſimo coartant̃ Oceano: cum ſint ꝗplu-
res neq; magnitudine: neq; fama nr̃is inferiores: eas prætere-
Erithrea undas eſſe ſilentio: nõ oportunũ fore duxi.

## DE INSVLIS IN EXTREMO MARI IACENTIBVS

p Rimũ igit̃ de illa dicã quæ in medio Athlantico ſita a
græcis eſt. Erythrea vocitata: Hæc tãta aeris benigni-
tate prædita (auctore Anthonio) vt hoĩes pariat cõti-
nentiſſimæ ac pene immortalis vitæ: cum diutiſſime viuant
Eſt & armentorꝝ copia refertiſſima. Eam vicini æthyopes q̃n
dam incoluere. quo ferunt illuc cõceſſiſſe interempto ab Her
cule Cherione: cui boues aſtulerat. Ouidius. Ecce boues illuc
Erythreidas applicat heros: Emenſus lõgi clauiger orbis iter
Verum ad ſũmũ Europe verticẽ: quem ſacrum incolæ vocãt:
famatiſſimæ illæ Heſperidũ inſulæ cõſpiciunt̃: vbi (vt inquit
